Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Annotata Ad Viri Magnifici, Quem laude dignissimum Musa vetat mori, beati Domini Davidis Mevii, Olim Vice-Præsidis Regii. S. Trib. Wismar. scriptum, Vulgo Rechtliches Bedencken In Contributions- und Exemtions-Sachen ... Ante aliquot annos Halæ editum, jam verò ulteriori expositum indagini salva cujusvis sententia accuratiori

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], 1709

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512

Druck Freier Zugang

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1765304512/phys_0001
DFG

E,b VIII 1 d
10

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0002
DFG

VEREIN
FÜR MECKLENBURG
GESCHICHTE UND
ALTERTHUMS-
KUNDE

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1765304512/phys_0003
DFG

aus: Ludewig J. P. v., Reliquiae Manuscriptorum. T. IX. 1731.
ad 2, der wahre Verfasser ist Bernhard von Tessin,
vgl. Tugler, Beiträge zur juristischen Bibliographie. 4, 268.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0004
DFG

Opuscula Iuris Publici Pomeran.

1. Delineatio des Pommerschen Landes-Verfassung, auctore Dav. Mevio. Aus: Pistorius T. V., Amoenitates hist. Jur. IV. 1734.
2. Mevii (Dav.) Jus publicum Pomeraniae Succicae.
3. Specimen introductionis in Notitiam Pomeraniae Succicae huius fines, statum publicum et politicum et ecclesiasticum, item divisiones, Auctore J. A. Caroc.
4. Helvigius (Christ. Nicol.) de Differentiis Iuris Pomerani et Principatus Rugiani, Kiloni 1730.
5. Hartmanni (Joh. Zach.) Progr. ad Diss. inaug. Viri Chr. Nic. Helvigii, Kiloniae 1730.
6. Hering (Joh. Sam.) de Alienatione Domaniorum à Serenissimis Pomeraniae Ducibus facta, Sedini 1732.
7. Ergründete Deduction von Land-Rändern, derselben Erfüglichkeiten Pflichten u. Nutzen. Anno 1718.
8. Engelbrecht (Herm. Henr.) Jura Ordinis Equestris in Pomerania Baltica et Rugia, Gryph. 1742.
9. Mevii (Dav.) Gründliches Erachten in Contributions- u. Exemtions-Sachen, Zeller 1720.
10. Annotata ad Viri Magnifici Dni Davidis Mevii Scriptum, vulg. Gründliches Erachten in Contributions- u. Exemtions-Sachen, 1709.
11. Caroc (Alex.) de Immunitate Nobilium à Collectis Subsidiariis, Gryph. 1685.
12. Engelbrecht (Herm. Henr.) de Immunitate à Vectigali, secund. Jus Roman. et hodiernum, Praeside Jac. Andr. Helvigio, Gryph. 1735.
13. Eiusd. Periculum Academicum, quo Fundamenta Exemtionis rerum Principum à vectigali des Zoll Fürsten des Fürsten-Gutes, curiosim examinata, Gryph. 1736.
14. Boltenstern (Phil. Joach. de) Epistola gratulatoria ad Dn. J. F. de Balthasarum de Immunitate Nobilium à Vectigalibus in Pomerania Rugiana strictim agit, Gottingae 1750.

19

15. Balthasar (Augustin.) de Jure Detractus, quatenus ejus Pomeraniae obtineat, Gryph. 1745.

16. Carov (Georg adolph) de Suecorum in Pomeraniam cumprimis Citeriorem Meritis, Lbd. 1710.

17. G. R. v. G. Historische Gedancken, als Dr. Königl. Maytt. in Pohlen pp. Ihre Erb-Huldigung in Berlin 1721. angewohnet

18. Aeminga (Siegfr. Coelso) de Officio Venatoris Imperii Principatus Rugiae annexo, Gryph. 1741.

19. Instrumentum Pacis, ab utriusq Partis Plenipotentiariis Caesarei et Regiis Suecicis Osnabrugis 1648 Solenniter approbatum.

ANNOTATA

Ad

VIRI MAGNIFICI,

Quem laude dignissimum Musa vetat mori,

beati

DOMINI

DAVIDIS MEVII,

Olim VICE-PRÆSIDIS Regii. S.
Trib. Wismar. scriptum,
Vulgo

Rechtliches Bedencken

In

Contributions- und Exemtions-
Sachen/

Insonderheit über zwo Fragen ꝛc.

Ante aliquot annos Halæ editum,
jam verò
ulteriori expositum indagini
salva cujusvis sententia
accuratiori.

ANNO MDCCIX.

10.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0007
DFG

Lector benevole!

NEque refutaturus, neque ſingularem, ab aliisque diverſam ſententiam defenſitaturus, hæc conſcripſi; ſed potius rem in utramque partem impenſius penſitandam propoſiturus. Quod ſi jure contradixeris, adeò tibi litem movebo nullam, ut ſim gratias potius habiturus, & eas haud ita leves, non tam errore lapſus, quàm viſo, veritatem accuratius fuiſſe & indagatam & oſtenſam, quam benè multi jam diu optant. Senti, judica & ſcribe adverſus hæcce, quicquid libet ac volupe, modo ad veritatem verius cognoſcendam id feceris: facies certè profectò, ſi non aliis veri amantibus, at mihi ſaltem tam gratum, quam quod gratiſſimum

h. t.

Anonymo.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0008
DFG

I. N. D. J. C. A.

AD N. 2 verb. Steuren/ welche Bürger in Städten von ihren Häusern geben.) Circa hæc tributa moderamen sæpe negligitur, de quibus etiam Carpz. in Asylo debit. posit 37. n. 6. seqq. conquestus, errant, inquit, pernicioſe, qui in distribuendis collectis sive tributis bonorum ac prædiorum nudam æstimationem sequuntur. Adde Klock de contrib. c. 17. n. 91. Quod faciunt, qui tributa imponunt per fumantes nach den Feurstädten/nec quantitatem cujusque patrimonii, ac vires obventionum ihr Einkommen und Vermögen attendunt. Notam hi certè iniquitatis vix effugient. *Quid si enim reditus minimi existerent? num ex ligno & lapidibus collectam & tributum dixeris extorquendum? inique prorsus & absurde ita senseris*, quia fundi & prædia non quoad nomen, sed potissimum quoad fertilitatem & qualitatem, nec juxta valorem ipsius existentiæ, sed pro fructuum indè perceptorum quantitate sunt obnoxia. Carpz. d.l. ubi plures allegat Dd. Nec fundi æstimatio in tributis referenda ad pretium, sed ad reditum, qui pretii & valoris norma est. Dn. Mev. ad J. L. P. 2. T. 3. a. 3. n. 46. Nihil sanè iniquius est, quam si collecta secundum æstimationem, non pro fructuum quantitate exigitur. Klock de contrib. c. 17. n. 91. Carpz. L. 4. Resp. 72. n. 28. Neque nudam æstimationem & proprietatem, sed qualitatem ædificiorum urbanorum spectandam esse, videtur etiam velle Pomm. Commiss. Recess de anno 1663. §. In Städten aber müssen die Obrigkeiten gleicher Gestalt designationem aller Häuser / so noch stehen/und Dero *Condition*, ingleichen die wüsten Plätze/ und wie es damit bewand/ einbringen/ was auch von Jahren zu Jahren daran gebessert/und zugebauet/anzeigen. Neque in prædiis rusticis solum-

modo proprietas aut pretium agrorum, sed fertilitas potius, fructusque spectantur: Dahero werden etliche wüste und Sandhuefen gegen eine cultuirte uud tragbare gerechnet. d. Commiss. Recess de anno 1681. §. Wobey dann keine ausbenommen. De iniquitate illius effati; Das Hauß oder Guth hat sich verstanden/ die Steuren und Anlagen haben es gantz consumiret und aufgefressen/dahero es der Obrigkeit anheim gefallen/ vid. Carpz. in d. Asyl. pos. 37. n.68. in morosos æquius Dn. Mev. ad J.L.Lib.2. T.3. a. 3. n. 42. seqq. Dissertat. JCtorum Westphal. de jure publ.& quidem Caspari Glockens de contrib.th.65.p.m. 295. Ceterum si constiterit,onus reditibus esse majus, distribuentium officium requirit,ut ea inæqualitas corrigatur. Fab.ad C.L 9.Tit.30. Def.1.n. 6 & 7.

N. 3. Ein Stand vor dem andern sonderbahrer Dignitäten zu geniessen haben soll.) Verisimum utique est,ordinem equestrem supra plebejum dignitate eminere, ac Nobilitatem,si ex solido est,egregio splendere fulgore,cui,tanquam honoris speciei, nemo, nisi qui ipsi invidet virtuti,detrahit. Nobiles præ ceteris honorandi, & in sessionibus præferendi,non tamen indistinctè. Vid. Dn. Mev. P. 5. D. 292. Omnes boni semper favent Nobilitati. Heig. P. 1.qu. 18. n. 22. & Auctor n. 8. Nobilitatem, & eam veram, cui præter Agrippam de vanitate scientiarum c. 80. nemo, nisi arrogans & plane dissolutus illudit,bene multum commendantem vide Tiraqu. de Nobilitate c. 21. n. 1.Dn. Frid.Gerdesii Disp. inaug.de collectis & contrib.imperii th. 35. Crus. de præeminentia sub c. 28. ubi n. 27. seqq. de vera nobilitate.

N. 4. Prærogativis) De prærogativis & privilegiis Nobilium, vide Beckeri Synops. juris publ. Lib.3 c.11. §. 8. & Schvvederi introduct. in Jus publ. part. spec. sect. 2. c. 18. §.7. Prolixius autem Tiraquell. & Stephani in tract. de Nobilitate.

N. 6. l. 3. §. 1. ff. de muner. & honor.) Responsionem ad h. L. vide infra ad N.42.

N. 7. Quod Nobilitas immunitatem tribuat) infra N.38. & 52. Hoc videtur etiam arguere textus l.7.l.9. §. 1.ff. de muner. l.3. §.1. eod. ubi militibus municipale munus injungi prohibetur, quam sententiam quidam defendunt,vid. Jon. Kirchhoff in Tract.de Regali tributorum jure cap.4. th. 6. Adde Ruland. de Commiss. P. 4. L. 2. c.6.n.46. & tutari videntur textus l.4.14. & pen. C.de dignit. & à Dn. Mev. n.7 citata l.17. §. 1. Consule Gerdesii d. Diss. th.35. qui etiam limitationem addit, & allega-

ta,

ta, quæ adduxit Dn. Mev. n. 7. in fine. Quod ad eorum etiam uxores & viduas extendit Manſver in ſua praxi tit. de Tall. n. 9. utpote quæ radiis maritorum coruſcant l. fœminæ ff. de Senat. J. F. von Köppern Disquiſitio Acad. ſub præſidio JCti celeberrimi Dn. Doct. Alexandri Carocii de immunitate Nobilium §. 22. Præcipuè Tiraquellus de Nobil. c. 20. n. 168. nec non alii ſtatuunt, Nobilitatem per ſe tribuere vacationes. Vide Klock de contrib. cap. 14. n. 14. & Dn. Mev. P. 3. D. 181. n. 5. Quod immunitatis cauſa ſit ipſa Nobilitas, late defenſitat J. F. von Köppern d. l. cap. 1. §. 8. 9. 10. & Diſſ. Dn. Mev. P. 3. Dec. 181. n. 3. & 4. Rövenſtruncks Rechtl. Bedencken von Anlage/Contribut. num. 100.

N. 7. In fine: mercaturam exerceant) Vide Klock de contrib. c. 12. n. 255. usque ad n. 261. incluſive. Schonborn. Polit. l. 3. c. 39. circa fin. Wurmſeri exerc. jur. publ. 4. qu. 16. Boccalini Relat. ex Parnaſſo cent. 2. Relat. 39. Marant. in Speculo Part. 4. diſt. 9. n. 56. Dn. Mev. P. 2. D. 2. n. 4. Limn. de J. P. L. 6. c. 5. n. 70. ſeqq. Sunt, qui idem ad Doctores extendunt, rati, eos mercaturam exercentes, privilegio Doctorali privari. Coler de Proc. exec. P. 2. c. 3. n. 165. Richter de privilegiis Literatorum Diſp. 7. §. 2. p. m. 155. Johann Volck-Bechmann de ſtudioſorum privilegiis c. 7. in fine Beckers Synopſ. jur. publ. L. 3. c. 11. §. 15. p. m. 386. ſeq. Carpz. P. 2. c. 6. D. 4. n. 5. & 9. D. 7. n. 3. Reinck, de Regim. Sec. & Eccl. L. 1. claſſ. 5. c. 11. n. 35.

N. 8. Nobilitati favemus &c.) Heig. P. 1. qu. 18. n. 22. Nobilitati veræ optimus & honeſtus quisque favet, utpote quæ honoris ſpecies eſt, hujus autem fundamentum eſt ſola atque unica virtus; adde ſupra ad N. 3. not.

N. 9. Coguntur in armis &c.) Heig. d. l. Nec eſt abſimile, eam immunitatem ideo acquiſiviſſe ordinem equeſtrem, quod olim onera belli portaverit ſolus. Klock de contrib. c. 14. ſect. 1. n. 48. ſeq. & ante 200 annos ſoli in Germania, Francia & Italia Nobiles militabant, ſolo fere equitatu conſtabat exercitus, unde Nobiles adhuc & olim Equites dicti. Köppern d. Diſquiſ. Acad. §. 11. ubi præter arma plures habet immunitatis rationes; adde §. 47. n. 3. Ceterum Vaſalli vi pacti, dum feudo inveſtiuntur, debent proprio ſumtu Dominum ad bellum proficiſcentem comitari, quod procedit, ſi Vaſalli facultates ſive proventus feudi eum ſumtum ferant, & intra territorium bellum geratur: alias non cogitur propriis impendiis, ſed Domini militare. Verum hac in re obſervandæ ſunt

regionum consuetudines. Vide Perez. ad C. tit. de quibus muneribus vel præst. n. 7. In Pomer. sumtibus Domini servitia præstantur, vid. privil. stat. Pom. §. Jedoch & §. Es wäre denn: item Land-Absch. de dato Wolgast 1606. D. Johann Pomeresch in Dissert. de Vasallo Domino devicto cultu, fide, servitio Dispect. 8. §. 3. Dn. Stryck Examen. jur. Feud. c. 18. qu. 25. conf. Gerhardi Buxtorfii consilium annexum Klockii tractatui de contrib. p. m. 24. Delineatio der Pommerschen Landes-Verfassung c. 24. §. von solchen Lehnen. Dn. Mev. conf. 44. n. 60. Confirmat. der Pomm. Land-Privilegien vom 9. Febr. 1560. §. Wann auch uns oder unsere Erben.

Relevari) Milites ratione patrimoniorum non relevantur, infra N. 33.

N. 10. Longæva consuetudine) Adde Klock de contrib. c. 14. sect. 1. n. 47. seq infra n. 70. not. Haud est, quod dubites, quin effici per consuetudinem possit, ut Nobiles à collectis sint immunes, teste J. F. von Köppern Disquis. Acad. sub præsidio viri præcellentis Dn. D. Carocii de immunitate Nobilium c. 1. §. 5. n. 2. it §. 6.

Libertatis possessio) conf. infra N. 46. ibique not.

N. 11. Præscriptionem) Vide Klock de contrib. c. 14. sect. 1. n. 47. & 48. infra N. 72. seqq. item n. 46. 162. & 164.

N. 12. Omnia onera sunt præscriptibilia) infra N. 48. not.

N. 14. Multo magis) Contrariorum enim eadem est ratio, tam quoad potentiam, quam juris decisionem, ita, ut quicquid fieri potest in uno contrariorum, censeatur etiam permissum in altero: ut idem operetur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito Reinck. de Reg. Sec. & Eccl. L. 1. class. 3. c. 3. n. 54. adde L. 1. class. 5. c. 4. n. 187. & 188. Regula tamen illa, quod potentia sit contrariorum, fallit in potentia necessaria. Hart. Met. Jur. c. 3 reg. 3.

N. 15. Favorabilior) Libertas favorabilior multo, & naturæ convenientior est servitute Reinck. de Reg. Sec. & Eccl. L. 1 class. 5. c. 4. n. 186.

N. 17. In Gallia) Vide Klock de contrib. c. 14. sect. 1. n. 48. idem fere de Svecia refertur, d. l.

N. 20. Non habita contemplatione personæ &c.) Res oneri addicta est, non persona l. 2. C. de prædiis & omnibus rebus lib. 11.

Onera sunt rerum naturaliter) Oneribus subjecta sunt prædia commodorum & fructuum causa Carpz. P. 3. C. 16. D. 12. n. 2. Inde expresse dici-

dicitur in l. 2. C. de annonis & trib. lib. 10. quod tributa sive annonas is solvere debeat, qui possessiones tenet, & fructus percipit. Fructuum quippe perceptionem sequuntur regulariter collectæ & onera. Dn. Mev. P. 5. D. 363. num. 3. in not. idem ad J. Lub. L 2. T. 3. a. 2. n. 46 seqq. adde infra N. 124. in fine.

N. 25. Exceptis militibus) Qui tamen ratione patrimonialium non excipiuntur, infra N. 33. ibique not.

N. 28. Multo magis.) Si Nobiles ab oneribus personalibus non sunt immunes, quod magis probabile videtur, sed tenentur ad ea, multo minus ab oneribus patrimonialibus sunt immunes, sed ad ea tenentur. Est argumentum a majori ad minus, quod negative procedit firmissime, & in jure validum est. Richt. Decis. 99. n. 226. Reinck. de Reg. 5. & E. L. 1. class. 4. c. 19. n. 131.

N. 29. Nobiles immediati &c.) Hi habent regalia, gaudent Superioritate & Jdictione territoriali. Vide Schvvederi introd. in J. publ. part. spec. sect. 2. c. 18. §. 10. habent jus collectandi, merum & mixtum imperium, jus fœderum, jus legatos mittendi d. l. §. 11. & 12. Faciunt tres classes Svevicam, Franconicam & Rhenanam d. l. n. 3. cui ultimæ an Alsatici Nobiles accensendi, olim dubitatum d. Disquis. J.F. von Köppern. §. 16. n. 1. Vide ibid. §. 16. seqq. de celebri Nobilium Germanorum distinctione in mediatos & immediatos, item de mediatorum subjectione, distinctione inter Lehn-Leuthe & Landsassen in Pom. usitata, ac de immunitate immediatorum & mediatorum, horumque impugnata.

Derowegen vielmehr) Per argumentum à majori ad minus, scilicet si magis privilegiati non sunt immunes ab iis muneribus, multo minus immunes erunt minus privilegiati, quod quia negative procedit, firmiter concludit: supra ad N. 28. not.

N. 31. Quæ ex scientia) Quod scientia hominem nobilitet vide Perez. ad C. tit. de dignitatibus n. 3. seq. & infra ad N. 44. not.

Propter exquisitam juris scientiam) Doctores juris præ ceteris fulgent dignitate, honoribusque & privilegiis multis. Hinc Doctoratus plerumque cum equestri ordine conjungi solet. Hinc juris Doctores nobiles, nobilissimi, quin etiam domini & amici Principis appellantur, vide Klock de contrib. c. 15. n. 1. seqq. Anne Doctores sint nobiles vide Schvvederi introd. in Jus publ. part. special. sect. 1. c. 6. §. 15. Limn. de J. P. L. 8. c. 8. n. 100. seqq. ibique addit tom. 1. ad n. 120. Frider. Gerdesius in Disp. de

jure

jure Præcedentiæ c. 3. §. 4. Gaudent privilegiis Nobilium: Cruſius de Præeminentia L. 4. c. 31. n. 69. ſeqq. Inde nec detrahitur doti filiæ nobilis nubentis Doctori; licet in Concluſ. Stetin Tit. 3. concl. 7. ſtatuatur, daß einer Adelichen Jungfrauen/die ſich mit einem Manne/ geringer als Adel-Standes befreyet hat/ nur der vierdte Theil des Ehe-Geldes/ welches ſie ſonſten/wenn ſie einer Adelichen Perſon vermählet wäre/ haben mögen/gegeben werden ſolle. Alias hoc juri communi adverſaretur, ſtatuenti, ſcientiam nobilitare Dn. Stryck de Feudis Pom. §. 46. n. 2. Dahero hat auch das Hochlöbl. Pommerſche Hoff-Gericht vormahlen in ihren Obſervationibus und Dubiis über der Fürſtl. Städtinſchen Räthe übergebene Deciſiones ad d. Tit. 3. concl. 7. notiret: Wann die Vereheligung einer Adelichen Jungfer mit dero Freundſchafft Bewilligung geſchicht / und der Bürger ein ehrlicher vornehmer Mann/ein Doctor oder andern vornehmen Standes/ iſt bisher nichts gekürtzet. Quod ipſum in Doctore eo magis obtinet, quod is perſona non ſit indigna, cui etiam Comitiſſa nubat, Cruſius d. l. n. 73. Isne dignitate ſuperet Conſulem, judicent alii. Cothmann Reſp. Acad. 28. n. 20. An nobili genere, Doctor ſit præferendus, in utramque partem benè multæ exſtant rationes, quas vide apud Cruſium d. l. L. 4. c. 32. Gerdeſium in d. Diſp. d. l. §. 4. ſeq. Liebenthal in colleg. Polit. Exerc. 10. qu. 7. Schriſtmeieri ſpeculum Polit. qu. 33. Finiat hanc materiam quæſtio jucunda: Anne Doctores juris jure meritoque titulum Excellence uſurpent, vide Relationem apud Boccalinum è Parnaſſo cent. 1. Rel. 49.

N. 33. Milites onera) Idem aſſerit Klock. de contrib. c. 15. n. 114. Patrimonia ſive res oneri addicta, non perſona l. 2. C. de prædiis & omnibus rebus lib. 11. conf. J. F. von Köppern/ d. Diſquiſ. §. 52. n. 4. De immunitate Nobilium ædium etiam oppidanarum ab inhoſpitatione vid. d. §. 52.

N. 34. exceptio probetur) Eſt quippe res facti, ideoque probari debet, infra ad N. 39. not. Dn. Mev. conſ. 67. n. 25. conſ. 57. n. 15.

N. 35. Ipſum Principem & imperatorem &c.) Hoc ipſum approbat Frid. Gerdeſius in Diſp. de collectis & contribut. imperii th. 35. circa finem, ubi inter alios allegat Töming. Dec. 55. n. 21. & a Dn. Mevio citatam L. 2. per rem privatam. C. de privil. Dom. Auguſt. Neque Pontifex a patrimoniorum oneribus immunis eſt; infra N. 148. item 86.

N. 35. in fine Multo magis) ſupra ad N. 28. not.

N. 36.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0014
DFG

N. 36. Solius nobilitatis intuitu) infra ad N. 38. & 79. not. supra ad N. 7. ad verba: quod Nobilitas immunitatem tribuat, in fine.

N. 36. Privilegia specialia ratione exemtionis) infra N. 107. seqq. Carolus Tapia asserit, eam esse Principis in exemtione concedenda libertatem, ut, quoties alicui immunitatem concedit, ejus portio in concedentis Principis, non autem universitatis detrimentum imputetur per L. 4. C. de exact. tribut. & generaliter Principi jus non esse, in perniciem subditorum quempiam oneribus eximere, ut alii onus subeant. Klock de contrib. c 16. sect. 1. n. 22. 23. & 24. sed vide num. 12. Nam privilegium uni concessum, non debet redundare in alterius præjudicium, sed contra concedentem est interpretandum, non ad ceterorum damnum trahendum d. l. n. 25. seqq. adde infra N. 44. not. in fine.

N. 37. Nisi violentia & tyrannide uti velit) Hæc ut & addita allegat Klock de contrib. non autem allegato loco, sed cap. 4. n. 49. Tutissimum ergo est, ut Principes evocatis provinciarum ordinibus (uti in Pom. Die Land-Stände) in publicis comitiis ejusmodi causas proponant, discutiant, & concordibus comitiorum suffragiis, atque accedente subditorum consensu rei pecuniariæ expediendæ incumbant. Vide Klock d. l. n. 61.

N. 38. GOtt hat den Unterscheid der Stände geordnet / &c. item der eine ist vor dem andern mit sonderbahren Dignitäten und Immunitäten begabet) Supra ad N. 3. not. Nobilem & virtute & genere magni æstimo. George Lohemeier in seiner historischen und genealogischen Erläuterung in der Stamm-Tafel der Europæischen Reiche und Fürstenthümer in 45. Tabell meldet: Es habe der Glorwürdige König in Schweden Carolus IX. auf den Convent zu Stockholm anno 1609. ins Gesetzbuch einverleiben lassen: Daß / wann eines Edelmanns Sohn nicht so viel lernet / als der Dienst und Nutzbarkeit des Vaterlandes erfodert / er seinen Adel und Erbschafft quit gehen solte. Licet Nobilitatis magna sit dignitas, sola tamen nobilitas vacationem & immunitatem non tribuit. Rosenthal de feud. c. 8. concl. 51. Tiraquel. de Nobilit. c. 20. n 165. Frid. Gerdesius in d. Dissert. de collectis. & contributionibus imperii & provinciarum th. 35, ibique allegata. Vide Klock de contrib. c. 14. sect 1. n. 14. & 15. Dn. Mev. P. 4. D. 33. n. 1. in add. & P. 3. D. 181. n. 3. & 4. supra N. 36. & infra N. 79. not. Jure communi Nobiles à tributis & muneribus non esse immunes, colligitur

ligitur multis ex legibus, quas allegat lumen mundi Mev. P. 3. D. 181. n. 4. In Anglia, Hiſpania utet Germania regulariter ratione tributorum immunitate nulla gaudent Gerdeſ. d. l. Bodin de Rep. L. 1. cap. 6. p. m. 72. infra N. 52. Hinc, inquit. Dn. Gerdeſ. d. l. tutius eſt, aſſerere, Nobiles regulariter ab onere collectarum neutiquam immunes eſſe. Quod autem objicitur ſupra. N. 5. & 6. ſcilicet, quia Nobiles dignitate præfulgent, ideo non immerito a collectis excipiuntur; ad id videtur poſſe reſponderi, dicendo, quod ideo, quia dignitate pariter ac opibus præfulgent, majus, quam ii, quibus præfulgent, onus debeant ſuſtinere. Neque id abſurdum apparet. Notum quippe eſt, onera & præmia eſſe diſtribuenda ſecundum juſtitiam diſtributivam & proportionem Geometricam. In hac autem æquiparantur perſonæ earumque qualitas, ita, ut quoto dignitatis, facultatis & opum gradu perſona dignior eminet, toto etiam præmium & onus debeat eſſe majus. Sic quo quis in Rep. opulentior, eo etiam onus portabit majus. Vide præter aliorum, Itteri Ethicam. L. 3. c. 10. ad §. 8. et 9. Juxta Geometricam proportionem ſecundum cujusque quantitatem fortunarum, poſſeſſionum, negotiationum, reddituum & fructuum tributi imputationem inſtituendam putat Struv. exerc. 50. th. 89. Jonas Kirchhoff in tract. de Regali tributorum jure c. 5. th. 7. & 8. Klock de contrib. c. 17. n. 97. Struv. d. l. th. 69. Lauterb. compend. p. m. 738. imprimis collectæ extraordinariæ juxta patrimonii vires & obventiones imponendæ. Carpz. L. 4. Reſp. 72. ſeqq. Neque digniores vel ditiores ab oneribus excuſandi; honore debent præcedere, non immunitate. Quod apud Venetos tam curioſe obſervatur, ut ſubinde Primores Reip. tributis ſe onerent, quibus eximant plebem Klock. d. l.

N. 39. privilegia ſunt facti, quod non præſumitur) Privilegia ſunt facti Klock de contrib. c. 19. n. 644. factum probandum eſt Weſemb. ff. de probat. n. 7. quæ autem probari non poſſunt, in pari cauſa ſunt cum non factis. Vide Petri Mulleri Diſp. de pari cauſa p. 11. concl. 5. & p. 12. ſeqq.

N. 40. Certo reſpectu befreyet) Certo tamen reſpectu prædia feudalia non ſunt immunia, ſed obligatione ſolvendi munera patrimonialia affecta: infra N. 148. ſeqq.

Supra probatum) præcipue n. 19. ſeqq. & n. 32. ſeq.

N. 41.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0016
DFG

N. 41 unius inclusio &c.) Richt. Dec. 109. n. 39. seqq. infra N. 120. ibique not.

N. 42. Was demnach die n. 6. &c.) supra N. 6. allegatur. l. 3. §. 1. ff. de muner. Sed hæc vix obstat, vide ad eam solide respondentem Klock. de contrib. c. 14. sect. 1. n. 14.

N. 43.) Uti hic Dn. Mevius, ita etiam respondet Jonas Kirchhoff in tract. de regali tributorum jure c. 4. th. 6. scilicet quod textus & autores supra N. 7. citati intelligendi de oneribus personalibus, & de militibus actu militantibus tantum; perpetua enim a personalibus exemtio non datur, nisi veteranis l. 14. ff. de Veteran. Ideoque nec a tributis erunt immunes, quippe quod onus reale est, & patrimonio inhærens: adde supra N. 33. ibique not. Tiraquellus & alii supra N. 7. & ibid. in not. allegati hallucinantur, ac recte alii sentiunt contrarium, vide Klock de contrib. c. 14. n. 14. sect. 1. & Dn. Mev. P. 3. Dec. 181. n. 3. seqq. Dissentit J. F. de Köppern in Disquis. Acad. sub præsidio viri prænobilis Dn. Carocii de immunitate nobilium c. 1. §. 8. n. 2. 3. allegans consuetudinem & jus Germaniæ. At enim teste Dn. Mevio d. l. n. 6. Germaniæ consuetudinem si scrutamur, eam juri communi contrariam, aut pro exemtione Nobilium introductam non reperimus.

N. 44. Nobilitatem scientiæ) Scientia tanquam bonum animi hominem nobilitat atque illustrat Schönborn Polit. L. 3. c. 39. Klock de contrib. c. 14. sect. 1. n. 53. in fine. Vide supra N. 31. ea totus illuminatur mundus. Avth. Habita C. ne filius pro patre.

Distinguendum inter nobilitatem scientiæ &c.) Quod a collectis immunitate hi fruantur Nobiles, qui ex dignitate & virtute sua propria nobiles sunt, approbare videtur Klock de contrib. c. 14. sect. 1. n. 52. in fine & cum eo ibidem allegati Dd.

Non est in consequentiam trahendum) privilegia tractantia de exemtione & subtractione juris & jurisdictionis alterius, strictissime sunt accipienda Berlich P. 1. concl. 77. n. 10. nec ultra casus expressos in præjudicium tertii extendenda Richt. Dec. 4. n. 11. in fine: adde Eckolt ff. de constit. Princ. §. 8. & supra ad N. 36. in fine not. it. num. 109. stricti juris sunt N. 107. ibique not. nec extendenda in consequentiam vel casum similem, ne ex identitate quidem rationis Dn. Mev. P. 3. Dec. 326. n. 5. in not. Carpz. P. 2. c. 14. D. 15. n. 9.

N. 45. favor alteri præjudicium) Mev. d. l. n. 4. In favorem

alicujus privilegium conceſſum, non debet redundare in alterius præjudicium Klock de contrib. c. 16. ſect. 1. n. 25. ſeqq.

N. 46. Præſcriptio) Tempore neceſſitatis nemo ſe conſuetudine aut præſcriptione tueri poteſt infra ſub N. 84. not. it. N. 162. & 164. Obiter noto, quod adverſus eum, qui libera voluntate juſtitiam per officiales adminiſtravit, non currat præſcriptio Reinck ing. de Reg. ſec. & Eccl. L. 1. claſſ. 4. c. 19. n. 34. Ad longævam conſuetudinem, cujus ſupra N. 10. objectæ fit mentio, vide Reſp. ad. N. 162. ibique not.

N. 48. ſine poſſeſſione vel quaſi &c.) Sic eſt quaſi poſſeſſio jurium & actionum, & debitor eſt quaſi poſſeſſor. Vide Coler. de proc. exec. Tom. 2. ad c. quoniam X de præſcript. n. 17. p. m. 17. Non exiſtente autem exceptionis ſive immunitatis poſſeſſione vel titulo, ſequimur illam communem regulam, quod res ſit & transeat cum onere ſuo. Dn. Mev. P. 3. Dec. 181. n. 7.

Præſcriptio) In tributis, cenſibus, aliisque penſionibus, quæ Principibus in ſignum ſubjectionis & ſuperioritatis ſolvuntur, usque eo præſcriptio non obtinet, ut illa nullo unquam tempore præſcribi poſſint, juxta Berlich. P. 2. concl. 47. n. 17. ſeqq.

Non plus præſcriptum &c.) arg. l. 18. §. fin. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Klock de contrib. c. 3. n. 186. it. 26. Ceterum tributa non poſſe præſcribi, inde adſtrui videtur, quod ſint pro reip. ſalute inventa, nervique reip. Schönborn Polit. L. 4. c. 19. Adverſus remp. autem ejusque ſalutem privati præſcribere non poſſunt. Reincking de Reg. ſec. & Eccl. L. 1. claſſ. 2. c. 9. n. 141. Præſcriptio pro ſalute reip. inventa, contra eam non debet habere locum d. l. n. 143. Neque veriſimile eſt, quod Princeps, qui præſcriptionibus dedit robur, dederit & contra ſe, & contra reip. ſtatum. n. 144. Dediſſet autem, ſi per præſcriptionem tributis, ut nervis reip. præſcribere liceret. At nunquam Princeps confirmare aut concedere quid præſumitur, nec ita concedere, ut jure conceſſo etiam contra ipſum uti liceat. d. l. n. 145. Quod tamen onera ſint præſcriptibilia vide ſupra ad N. 11. not.

N. 49. non entis &c.) Weſemb. ff. de probat. n. 6. Dn. Mev. P. 6. D. 14. n. 5. P. 4. D. 140. n. 3.

N. 50. Multis Germaniæ locis) Non exemplis, ſed legibus pugnandum l. 13. c. de ſententiis & interloc. Reinck. de Reg. S. & E. L. 1. claſſ. 4. c. 19. n. 31. Nec ſpectandum, quid in Gallia (cujus N. 17. fit mentio)

mentio) aliove regno receptum sit, Gallia enim excusso de facto imperii jugo, suo more Rege & lege vivit, d. l. n. 38. seq. sed spectandum, quid jure fieri debeat. Ceterum Germaniæ consuetudinem si scrutamur, eam communi juri contrariam, aut pro exemtione Nobilium introductam non reperimus; qui aliud in scriptis suis tradunt, ad leges & mores suæ terræ respiciunt, vel per hos seducti aberrant. Dn. Mev. P. 3. D. 181. n. 5. & 6.

N. 52. In Anglia, Hispania &c.) Bodinus d. l. p. 87. dicit, Nobilitati apud Gallos nulla imperari tributa, uti fit apud Anglos, Hispanos & Germanos. Conf. Heig. P. 1. qv. 18. n. 38. supra n. 38. Verum Otalaria de Nobilitate 3. part. c. 19. n. 10. & Gutirez. lib. 3. & 4. pract. quæst. civil. qv. 14. n. 87. confitentur, apud Hispanos potissimum effectum Nobilitatis esse, immunitatem a tributis. Nec absimile est, hanc propterea acquisivisse illum equestrem ordinem, quia onera olim belli portavit solus, nemo nisi nobilis militabat. Klock de contrib. c. 14. sect. 1 n. 48. & 49. supra sub. N. 9. Anne autem diversa ratio in Pom. aliisque Nobilibus, diversumque jus statuendum, atque a diversis perperam fiat illatio Richter. Dec. 96. n. 36. ac cessante causa, cesset effectus infra N. 81. alii judicent.

N. 54. Subjectionis tesseram) Inde tributi præstatio est subjectionis probatio Reinck. de Reg. Sec. & Eccl. L. 1. class. 2. c. 2. n. 47. c. 6. n. 21. Immunitatem Nobilium impugnantes, petunt argumentum a subjectione, quam sequitur collectarum impositio: at vide J. F. von Köppern d. Disquis. §. 18.

N. 55. Jus vasallagii non facit quem subditum) Jus vasallagii die Lehnschafft subjectionem non operari, probat Klock de contrib. c. 14. sect. 2. n. 4. latius per allegatos Dd. Inde potest esse vasallus, qui subditus non est, & contra subditus esse, qui non est vasallus d. l. adde Dn. Mev. P. 4. D. 33. n. 7. in addit. Attamen hodie vasalli, qui in territorio simul domicilium habent, subditi sunt d. l. num. 8.

N. 57. cum legibus prohibitum sit, aliquem duplici onere gravari) At conf. infra N. 148. seqq. 152. seqq. Nobiles videntur aliquid habere præsidii aus dem Pommer. Haupt-Commiss. Recess de anno 1663. §. Weil aber die Roß-Dienste in diesem Lande/ zu dessen besserer Defension wieder aufzurichten nöthig/ und solche von den Ritter-Hueffen erstattet werden müssen/ dieselbe dahero *duplici onere* nicht zu *graviren* seyn/ so bleiben solche/ wie vor alters gebräuchlich/ alsdenn

auch billig von andern Land-Steuren frey und eximiret. Adde Jonam Kirchhoff in tract. de regali tributorum jure c. 4. th. 6. & Klock de contrib. c. 14. sect. 2. n. 26. D. Mev. P. 4. Dec. 33. n. 5. J. F. von Köppern Disqu. §. 12. Heig. P. 1. qu. 18. n. 22. Rövenstrucks Rechtl. Bedencken von Anlage n. 176.

N. 58. cum proprium sit rei feudalis &c.) Vasalli ratione feudorum, pro quibus servitia personalia præstant, davon sie ihre Manndienste leisten/ contra exactionem tributorum libertate regulariter nituntur. Klock d. l. c. 14. sect. 2. n. 1. adde n. 22. seqq.

N. 59. Collectas indebitas &c.) Immunis solvens collectas, videtur privilegio renuntiasse Klock. d. l. c. 16. n. 199. non tamen præjudicat sibi quoad futuras solutiones, sed solum in eo, quod est solutum. d. l. Proinde denuo solvere jussus, potest immunitatem allegare, seque tueri, nisi totos 30. annos collectarum solutio à se & decessoribus suis facta ostendatur d. l. n. 200.

Præsumi &c.) Præsumitur talis solutio facta per obedientiam vel metum reverentialem, non ut suæ ipsius immunitati quis renuntiet, vel contraveniat privilegio: & in dubio tales solutiones per vim extortæ præsumuntur ad evitandam litem, non animo renuntiandi privilegio. Klock d. l. n, 203. ubi plaustrum Dd. quod declaratur & restringitur d. l. n. 204. seqq.

Importunas Domini preces) Preces Principis necessitate admistæ sunt: Klock de contrib. c. 4. n. 52. ideo eas armatas appellavit Menoch ibidem allegatus; & preces importunas aliquo modo cogere, aut vere violentiæ quoddam genus in se continere, scripsit Thomas Sanchez. Jesuita, Klock. d. l. n. 53. imo coactionem ipsam aut violentiam excelere, docet l. 1. v. persuadere ff. de serv. corrupt. & suasione inductum invito æquiparatur in l. 5. C. de apostat. Klock. d. l. n. 54.

N. 60. restituere &c.) Idem ipsum asserit Klock d. l. c. 19. n. 293. seqq.

N. 62. ratione feudi) Utique videtur ratione feudi & ex forma fidelitatis. Vide infra N. 149. ibique not. Patet etiam hoc aus dem Pomm. Commiss. Rec. de anno 1663. §. Weil aber/ ubi expresse legitur, daß die Roßdienste von den Ritterhuefen erstattet werden müssen: supra ad N. 57. not.

Etiamsi

Etiamsi collecta imponatur propter magnam &c.) Klock. de contrib. c. 14. sect. 2. n. 27.

N. 65. Quod lege non cav. &c.) Quod lege non cavetur, in practica non habetur. Finckelthaus. obs. 98. n. 8. Obs. 110. n. 13. & 14.

Sine lege loqui) Dn. Mev. P. 1. D. 95. n. 3. P. 3. D. 333. n. 6. in addit. Klock. d. l. c. 19. n. 628. quod lex non cantat, neque nos cantare debemus.

N. 66. Non enim est verisimile &c.) Vide infra N. 120.

N. 68. In Pom. consuetudine) Vid. Resp. sub N. 162. & 164. ibique not. conf. tamen J. F. von Köppern Disquis. Acad. de immunitate Nobilium §. 20. n. 4. & §. 21.

N. 70. Inspicienda consuetudo) Hæc est rectrix collectarum, quæ juxta eam imponuntur, remittuntur, exiguntur, & regulam communem habent Dn. Mev. P. 3. D. 205. n. 8. in addit. D. 216. n. 3. & 4. Klock. d. l. c. 5. n. 115. seq. c. 12. n. 230. seq. Dn. Mev. P. 4. Dec. 33. n. 4. in addit.

N. 72. per præscriptionem) adde supra N. 11. & Klock. de contrib. c. 14. sect. 1. n. 47. seq.

N. 74. per præscriptionem illius temporis &c.) quidam consentiunt, negat Berlich P. 2. concl. 4. n. 17. vide supra ad N. 48. it. N. 11.

N. 75. ejusmodi præscriptionem habere vim tituli) In præscriptione per tempus immemoriale tempus est locus tituli, nec alium titulum desiderat. Reinck. de Reg. S. & E. L. 1. class. 5. c. 2. n. 30. seqq. adde n. 26. seqq. ibid.

N. 79. non ratione personæ) Nobiles non ratione Nobilitatis (supra ad n. 38. not. it. n. 36.) sed servitiorum personalium habere immunitatem, respondent Heig. P. 1. qu. 18. n. 17. 38. Carpz. L. 4. Resp. 71. 76. quem allegat Struv. ex. 50. th. 74. in fine. Addatur Jonas Kirchhoff in tract. de regali tributorum jure cap. 4. th. 6. Klock d. l. c. 14. n. 12. in fine sect. 1.

Sed servitiorum intuitu) Patescit hoc ex Commissionis Recessu de anno 1663. §. Weilen aber die Roßdienste 68 quem §. plenius traditum vide supra ad N. 57. ubi in fine è voce alsdenn concludere licet, quod tum demum Nobiles aliqua immunitate gaudeant, quando re ipsa sive in actu exercito servitia equestria præstant: verba secundum subjectam materiam intelligi debent. Regulariter milites actu non militantes, militaribus privilegiis non solent frui. Sichard ad rubr. C. de milit. test.

teſt. n. 6, ſed illi ſoli, qui in expeditionis neceſsitate & diſcrimine belli detinentur Gail. 2. O. 118. n. 6. Caſtrenſ. conſ. 414. col. 2. n. 2. vol. 2. Aretin conſ. 12. pr. Fritſc. de J. L. cap. 8. §. 4. n. 18. 19. 20. Maſcule ſe opponit J. F. von Köppern d. Diſquiſ. §. 21. Vide tamen Dn. Sam. Stryck diſſert. de ſervitiis feudalibus vaſallorum Pomeraniæ orientalis th. 31.

N. 80. a contrario ſenſu &c.) Carpz. P. 2. c. 14. D. 2. n. 7. C. 44. D. 3. n. 5.

Wan ſie keine Reuterdienſte leiſten) vide ad N. 79. not. ad verba: ſed ſervitiorum.

Niſi poſſeſſores militent) actu, alias quippe milites militari privilegio non ſolent frui vid. d. N. 79. not.

N. 81. Ceſſante enim cauſa exemtionis &c.) Ceſſante cauſa privilegii nempe ſervitiorum equeſtrium præſtatione (Ritter-oder Reuter-Dienſte) ceſſat ipſum privilegium. Klock de contrib. c. 14. ſect. 1. n. 20. c. 15. n c. 23. 11. n. 203. Röbenſtruncks Rechtl. Bedencken von Anlage n. 100. in fine. Sublata enim cauſa, tollitur cauſæ conſequens, Richter in appendice Deciſ. cap. 9. n. 17. it. c. 30. n. 8. & 9. & neceſſe eſt, perire effectum, qui à cauſa dependet; ſive ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

N. 82. Quo juris prætextu &c.) Præcipue cum ſola & unica immunitatis cauſa videantur ſervitia equeſtria, uti liquet e commiſſionis receſſu de anno 1663. §. Weil aber die Roß-Dienſte in dieſem Lande wieder aufzurichten nöthig/und ſolche von den Ritter-Hufen erſtattet werden müſſen/dieſelbe aber dahero duplici onere nicht zu graviren ſeyn; ſo bleiben ſolche / wie vor alters gebräuchlich/alsdenn auch eximiret: ſupra ad N. 57. not. Unde pateſcit, quod *tunc* (alsdenn) ea tantum immunitas poſſit uſurpari, quando ea ſervitia equeſtria præſtantur, ſupra ad N. 79. not. Dictio *tunc* ejus eſt naturæ, ut extremitatem temporis deſignet, & ſemper ad conditionis eventum trahi debeat, implicetque præcedentia cum poſterioribus, adeo prius facta & completa eſſe oporteat, quam hic articulus *tunc* (alsdann) verificari poſſit. conf. Joh. Leiben conſilia, reſponſa & Deductiones juris collect. Reſp. 29. p. m. 390. Guidonis Papæ comment. in ſtatutum Delphinale: ſiquis per literas ad §. vel quaſi n. 23 & 24. p. m. 35. Wehneri Obſ. pract. voce: alsdann. Ruding. Cent. 1. Obſ. 17.

N. 83. Quod omnes indifferenter) infra N. 102. not.

N. 84. Urgente publica neceſsitate &c.) Publica exigente neceſsitate

tate sive belli, sive redemtionis personæ Principis, vel etiam status ejusdem conservationis Nobiles ne consuetudine quidem aut præscriptione se tueri possunt, quo minus pro feudali etiam prædio ad munera patrimonialia obstringantur, infra ad N. 162. not. Quod Nobiles tempore necessitatis a tributis non excusentur, probat Klock de contrib. c. 14. sect. 1. n. 45. & 58. seqq. ubi n. 60. plaustrum Dd. Adde Reinck. de Reg. S. & E. L. 1. cl. 2. c. 9. n. 120. seq. Heig. P. 1. qu. 18. n. 23. seqq. Anne etiam bona feudalia a feudi domino tempore necessitatis collectis onerari queant, vid. Dn. Mev. P. 4. D. 33. n. 12. seqq. Nobilitatis immunitatem defendens ille von Köppern/negare non sustinet, necessitati & publicæ utilitati cedere immunitatis jura, sed docet, illam æstimari ex defectu omnium aliorum mediorum, quibus evitari illa extremitas, vel obtineri commune bonum posset d. Disquis. §. 63. Certe profecto JCti exceptionem ab immunitate non de alia, quam inevitabili accipiunt, nec ratio aliter intelligere sinit. Non est vera necessitas, quæ semet evitari sinit Dn. Mev. P. 7. D. 144. n. 6. in addit. Definitio autem illius casus, quo tributariorum vires non sufficiunt, perquam difficilis est d. Disquis. §. 63. n. 3. ubi vide obstantes casus n. 4. seqq. cave huc referas indistincte collectas extraordinarias. §. 41. seqq. At enim necessitas datur triplex: extrema, opportuna & proficua, Becmanni conspect. doctrin. moral. c. 17. unde quænam huc pertineat, judica tute ipse.

N. 86. Nec Cæsaris prædia) Rövenstrunck d. l. n. 95. nec Pontificis Klock. de contrib. c. 15. n. 114. c. 9. n. 69. supra N. 35.

N. 87. L. un.) sive potius L. 1. tres enim in d. t. exstant LL.

Tempore necessitatis nemo est immunis) Klock. c. 19. n. 529 nec Ecclesiastici Dn. Mev. P. 7. D. 144. n. 3. in add. sed hi solent imminente periculo, si non sufficiunt Laicorum facultates, contribuere Perez. ad C. tit. de quib. mun. vel præst. n. 9. 10. 12. Rövenstrunck d. l. n. 98. & 99. Necessitate urgente & bona ecclesiastica contribuunt. Reinck. de Reg. S. & Eccl. L. 2. cl. 3. c. 3. n. 48. adde infra N. 98 & 143.

Nemo immunis propter privilegium) Privilegia quævis interpretationem admittunt, ut ex necessitatis vel utilitatis publicæ lege æstimentur, Klock. d. l. c. 16. sect. 1. n. 93. adde ad N. 112 not. Necessitas in omni privilegio, immunitate, aliave dispositione censetur excepta Dn. Mev. P. 7. D. 144. n. 2. in add. imo & ipsorum clericorum exemtio exceptionem ex necessitate habet. n, 3.

N. 88. emendi frumenta) Adde Perez. d. t. n. 4. tempore penuriæ privilegia cessant, Klock d. l. c. 12. n. 214. in fine it. n. 150. & quisque privilegiatus ad coëmendum frumentum pecuniam conferre tenetur d. l. n. 215. & c. 19. n. 529. vide I. 1. C. ut nemini lic. in emt. spec. se excus. ibique Perez. Brunn. aliique Dd.

N. 89. de similibus ad similia) Adde infra N. 123. seq. ibique not. Similium simile jus, & similia eadem lege determinare oportet. Quatenus autem inter similia quædam exoritur differentia, fit juris dissimilitudo Dn. Mev. P. 2. D. 250. n. 1. & 2. in addit. Regulariter autem de similibus idem est judicium. Vid. Everhardi loc. arg. legal. 13. n. 3.

N. 91. Prætextu alicujus privilegii) In necessitatis casu etiam privilegiati sine discrimine contribuunt, Reinck. de Reg. S. & Eccl. L. 1. class. 2. c. 9. n. 120. ubi allegantur Rec. Imperii.

Ob publicam Utilitatem) Hæc suprema lex est l. 5. ff. de decret. ab ordine fac. Hopp. Ex. J. de J. & J. qv. 16. adde infra N. 134. seq. At enim posita necessitatis extremitate, commendationem publicæ utilitatis esse tempestivam, ait J. F. von Köppern in d. Disquis. §. 63. n. 2.

N. 93. Privilegium non extendatur) Quænam privilegia potius strictissime sint interpretanda vide supra ad N. 44. not. ad verba: non est in consequentiam supra ad N. 87.

N. 94. rebus sic stantibus) In omnibus pactis & ceteris actibus inest tacite ea clausula: rebus in eodem statu manentibus, sive si idem rerum status mansurus est Dn. Mev. in Discuss. levam. inop. debit. c. 4. sect. 12. n. 95. seq. Vide omnino Disp. Friderici de Jena de rebus sic stantibus.

N. 95. Necessitatem non subjacere legi) Necessitas non habet legem. Gail. 1. O. 102. n. 8. Carpz. P. 4. C. 37. D. 9. n. 3. Perez. ad C. tit. de quibus mun. vel præst. n. 9. Reinck. de Reg. S. & E. L. 2. cl. 3. c. 3. n. 47. seqq. & L. 1. class. 5. c. 4. n. 83. seqq. sed sibi ipsa lex est Ayrer in proc. histor. P. 1, c. 2. Obs. 1. n. 1. P. 1. c. 5. Obs. 6. n. 5. P. 1. C. 6. Obs. 4. n. 10. c. 8. Obs. 4 n. 20. derogat omnibus legibus, Klock. de contrib. c. 12. n. 216. & supra eas est. Dn. Mev. P. 7. D. 144. n. 2.

Nulla legum obligatione teneatur) Conf. proxime dicta. Reinck. d. l. L. 1. class. 5. c. 4. n. 83. necessitas, inquit, nulla curat privilegia vid. ad N. 97. not.

Frangere legem) Necessitas omnem solvit & infringit constitutionum, concessionum ac cujuscunque prohibitionis causam, Klock de contrib. c. 12. n. 216.

N. 79.

N. 97. Ergo multo minus privilegio subjacet.) Vide supra N. 95. not. Parum abest, quin credam, privilegium licet jure jurando sit confirmatum, in casu necessitatis infringi posse, neque tum concedens privilegium videtur esse perjurus. Nam omne juramentum tacitam conditionem posibilitatis & facultatis continet, nec, si jurans promissum præstare impeditur, perjurus est, Dn. Mev. in levam. inop. debit. c. 9. n. 114. Coler de proc. exec. P. 1. c. 8. n. 97. A perjurio excusat necessitas, Corvin. jus can. Lib. 3. T. 31. p. m. 248. neque ullum curat privilegium, Reinck. de Reg. S. & E. L. 1. class. 5. c. 4. n. 83. sed in quolibet privilegio censetur excepta, Klock. de contrib. c. 12. n. 216. Hæc præsupponit imposibile quoddam, ideoque semper habet dispensationem annexam, propter quam non subditur legi, maxime quando tractamus de vitæ periculo vitando, & patriæ salute conservanda. Cum autem imposibile sit imposibilitate juris, patriam deserere, vitamque suam & suorum periculo exponere, non potest cogi Superior ad privilegium, quod Nobiles & ditiores reddit immunes, servandum, Reinck. d. l. L. 2. cl. 3. c. 3. n. 51. ad imposibile quippe nemo obligatur l. 31. & 185. ff. de R. J. Hart. Met. Jur. c. 12. Reg. 4. Quia itaque necessitas, uti dictum, præsupponit imposibile, Reinck. d. n. 51. hoc autem a perjurio excusat, Dn. Mev. in lev. inop. deb. d. l. item c. 1. n 120. & a perfidia d. l. Princeps perfidiæ, nedum perjurii reus non est, si tempore necessitatis concessum privilegium non servat, sed tum licet ipsi esse innocenti.

N. 98. Nullus potest esse liber) Supra N. 87. nec ipsius Cæsaris aut Pontificis prædia. N. 86.

N. 99. Licitum facere &c.) Reinck. d. l. L 2. cl. 3. c. 3. n. 48. Klock. de contrib. c. 12. n. 216. circa princ. Dn. Mev. P. 7. D. 144. n. 2. & in prodrom. Jpr. G. comm. Insp. 4. §. 29. Insp. 5. §. 51. Insp. 7. §. 17.

Justissima videantur) factum necessitate urgente, culpabile non est, Reinking. de Reg. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 4. n. 84. & 86. ubi eadem Dn. Mevii verba reperire est, a Reinckingio approbata. Ob necessitatem fit juris relaxatio, & ob eam a naturalibus præceptis declinatur. Dn. Mev. in prodromo Jpr. G. comm Insp. 6. §. 2. Inspect. 7. §. 17.

N. 101. Cujus alienatio &c.) Vide Reinck. d. l. L. 2. class. 3. c. 3. n. 48.

N. 102. a causæ communitate &c.) Quando necessitas est communis, & indifferenter omnes fatigat, immunitas Nobilium Vasallorum re-

 stringen-

stringenda est. Quod si forte Turca Germaniæ fines depopuletur, adeoque eadem ratio omnes in commune utilitatibus obedire, & subventionem sine dignitatis privilegio facere suadet, quis quæso tam bardus & stolidus est, qui Nobiles Vasallos immunes dixerit? Vide Klock de contrib. c. 14. n. 64. sect. 1. Heig. P. 1. qu. 18. n. 24. seqq. Ast Nobilium ordinem aliquando, vel Turca imminente, relictum fuisse immunitati arguunt Rec. Imp. Norimb. 1522 & aliquot seqq. J. F. von Köppern in D. Disq. §. 47. n 2. Cetera in necessitate communi ut omnes succurrant, suadet communis & humanæ societatis vinculum. Quia enim necessitas est communis, communemque & omnium utilitatem respicit; æquum est, ut simul omnes communem usum & publicam necessitatem & utilitatem communi sumtu omniumque impensis tueantur ac sustineant, Klock d. l. c. 9. n. 63. nec ulla tum immunitas, nec ulla dignitatis prærogativa excusat, quo minus quisque pro rata parte subsidium præstet. d. l.

N. 105. Qui in una navi sedent) J. F. von Köppern in d. Disquis. Præside excell. Dn. Carocio autumat, eam reip. & navis comparationem tum demum tempestivam esse, si necessitatis extremitas, ex defectu omnium aliorum mediorum æstimanda, præsupponatur. §. 63. n. 2.

N. 106. In modum equi Æsopici) De hoc vide infra N. 167. in fine. Eadem quæ in h. n. 106. verba reperiuntur, reperies apud Klock. de contribut. c. 17. n. 96. in fine Heig. P. 1. qv. 18 n. 35.

N. 107. stricti juris) Idem ipsum probat Klock. d. l. c. 16. sect. 1. n. 66. seqq. Dn. Mev. P. 3. Dec. 309. n. 8. & D. 326. n. 4. & 5. in add. Rövenstrucks rechtl. Bedencken von Anlage n. 213. Vide supra ad N. 44. in fine not. & N. 36. in fine. Immunitates esse stricti juris, asserit etiam Gail. 2. O. 2. n. 14. Et generaliter observandum est, privilegium, cum sit jus singulare contra jus commune indultum, stricti juris esse, ideoque strictè etiam interpretandum, & in sua forma & tenore præcise servandum, Klock. d. l. n 66. seqq.

N. 108. sui natura esse restringibilem) Vide supra ad *N.* 44. in fine not. quando de tertii præjudicio &c.) Privilegium uni concessum, non debet redundare in alterius præjudicium, neque ita intelligendum, ut damnum ferat tertio, Klock de contrib. c. 16. sect. 1. n. 25, & 27. quodsi vero est contra jus tertii, strictam recipit interpretationem d. l. n. 69. adde n. 97.

N. 109. stricte interpretandum) Adde ad *N.* 107. not. Privilegia. s. benefi-

beneficia Principis respectu dantis sive concedentis latissime quidem sunt interpretanda, Eckolt. ff. de constit. Princ. §. 8. & contra ipsum concedentem, Klock. d. l. c. 16. sect. 1. n. 26. respectu tamen alterius, ne illi noceant, strictissime sunt interpretanda, Eckolt d. l. adde supra ad N. 44. in fine not.

N. 110. statim perdere vires quam primum reincidit in iniquitatem) Eadem reperies apud Klock. d. l. c. 16. sect. 1. n. 95. 98. 99. seqq. Et quamvis privilegium quodcunque ab initio concessum æquitatis ratione nitatur; si tamen in progressu iniquitatis colore inficiatur, si iniquum esse incipiat, si enormem læsionem contineat, si adversus publicum bonum tendere deprehendatur, modo esset causa dispensationis sive concessionis, ipso jure exspirat & concidit. Sin causa non cesset, sed alias postea privilegium reducatur ad iniquitatem, etiam absentibus partibus, superior id limitare, ac in totum revocare potest. Vide Klock. d. l. c. 16. sect. 1. n. 94. seqq. adde n. 102. Tamdiu Princeps videtur voluisse privilegium vim habere, quamdiu ejus utilitas durat. n. 102. in fine.

N. 111. Cum Princeps in dubio non præsumatur &c.) Voluntas Principis debet esse certa, cum Princeps non præsumatur velle, etiamsi possit. Præsumitur autem & arguitur optime ex adjectis clausulis: motu proprio, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, vel cum expresse dicit, non obstante l. 19. C. de decur. Nisi quippe ad concessas immunitates accedat secunda jussio, vel dictarum clausularum quædam, non sunt servandæ ejusmodi importunitates: præsumuntur enim obreptitiæ & per importunitatem concessæ. Klock. d. l. c. 16. sect. 1. n. 19. 20. Uti legem legislator, sic Princeps privilegium videtur velle vim habere, quamdiu ejus utilitas durat. n. 102. in fine.

N. 112. nec intentionem ejus fuisse, ne in bellorum necessitatibus &c.) Privilegia quævis hanc interpretationem semper admittunt, ut ex necessitatis vel utilitatis publicæ lege æstimentur, Klock. d. l. n. 93. quod si utilitati publicæ nocent & præjudicant, revocanda sunt, d. l. n. 96. & 98. in pr. it. c. 19. n. 528. & 531. conf. supra n. 135. seq. verisimile non est, quod Princeps favorem privatum publicæ saluti præferre in suis privilegiis voluerit, Klock. d. c. 19. n. 530.

N. 113. Ne clerici quidem) Vide supra N. 87. not.

N. 114. Nec ipsa ecclesia) supra ad N. 87

N. 116. Patria carior quam parentes &c.) Major est charitas in patriam

triam, quam in patrem. Hinc pugna pro patria, & Cic. 1 offic. unicuique, inquit, noſtrum chari ſunt parentes, chari ſunt liberi & familiares, ſed omnes omnium charitates una patria complexa eſt, pro qua non dubitet quis, mortem oppetere. Guilielm. Grot. de princ. jur. Nat. c. 3. §. 7. circa fin. Ruding. cent. 5. Obſ. 2. n. 3. & 4. Ayrer Proc. P. 1. c. 5. O. 1. n. 9. Qui patriam non defendit, ſed vel Advocando eam impugnat, omni commodo ipſius patriæ privandus eſt. Nam patria parentibus æquiparatur, Ayrer d. l. n. 4. & 5. Ruding. d. l. Imo magis pro patria, quam pro patre defenſio ſuſcipienda, quia plus patriæ, quam parentibus debetur. Ayr. d. l. n. 7. & 8. item Obſ. 5. c. 5. n. 23. & naturali vinculo ſuæ quisque patriæ ad omnem utilitatem & ſalutem arctiſſime obligatur l. 2. ff. de j. & J. Dn. Mev. ad J. Lub. L. 1. T. 1. a. 6. n. 5. & 6.

N. 116. Quilibet contra illos eam defendere tenetur L. 35. ff. de relig. & ſumt. fun.) Hæc L. 35. permittit filio patrem patriæ proditorem, atque ad delendam patriam properantem occidere, filiumque tum præmio dignum eſſe, dicit. Vide hoc de caſu Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 18. n. 4. in fine. Schonborn Polit. Li. . c. 8. p. m. 42. Beemann in meditat. Polit. L. 2. c. 2. th. 10. P. Mulleri commentatio de fuga p. m. 229. & ſeq. Bodinus de Rep. L. 1. cap. 4. Brunnem. alii Dd. ad h. L. Ad quam legem etiam ſcripſit Marcus Mantua, vide Antonium Delrium tit. ff. de relig. & ſumt. fun. & quidem ad L. 35. ubi plures citat Dd. quos huc addere ſuperſedeo, Dn. Mev. in prodromo Jpr. G. comm. Inſp. 6. §. 30. circa fin. Diſſent. Balduin in caſ. conſc. c. 1. caſ. 14. p. m. 890.

N. 120. cum non ſit veriſimile &c.) Vide ſupra n. 66. ibique citata jura. Unius incluſio eſt alterius excluſio) Vide ſupra N. 41. ibique not. & contra unius excluſio eſt incluſio alterius, Carpz. Reſp. 41. Lib. 2. n. 25. quamvis alias unius poſitio non ſit alterius excluſio, Svendend. ad Eckolt. tit. ff. ſolut. matrim. §. 3. neque ſtatim à poſitione unius facti ſequatur poſitio alterius Reinck. de Reg. S. & E. L. 1. claſſ. 2. c. 2. n. 98.

N. 121. in ratione decidendi ſecunda) ſcilicet ſub. N. 89.

N. 123. de ſimilibus ad ſimilia) de ſimilibus idem eſt judicium Zang. de except. P. 3. c. 25. n. 89. ſupra ad N. 89. not. Nulla vero ſimilia, quæ per omnia ſimilia, nec diſſimilia. Klock. de contrib. c. 19. n. 618. & & 619.

N. 123.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0028
DFG

N. 123. ex identitate rationis) Quándo adeſt identitas rationis inter duo, tum procedit argumentum a ſimili, Everh. loc. arg. leg. n. 4. p. m. 221. in fine. Argumentum autem ab identitate rationis ſ. ſimili deductum ſæpe fallit. d. l. n. 11. &. 12. Imprimis in exorbitantibus à jure communi non ſemper procedit, nec privilegium ſpeciale ad conſequentiam, aliumve caſum ſimilem extendere licet, Carpz. P. 2. C. 14. D. 15. n. 9. Dn. Mev. P. 3. Dec. 326. n. 5. in add.

N. 124. ubi eadem ratio &c.) arg. §. 1. verſ. pari ratione J. quibus mod. jus patr. & §. 1. verſ. ult. J. de emt. vend. Dn. Mev. P. 3. D. 333. n. 10. in add. Everh. d. l. Loc. 13. n. 1. at non ſemper ab identitate rationis argumentari licet, uti proxime dictum.

N. 125. **Daß die vom Adel ihrer Perſon und Adelſtandes halber**) vide ſupra *N.* 79. ibique not. item N. 36. & 38. not.

Onera rerum) Vide ſupra ad N. 20. not. Hahn ad Weſ. ff. de cenſibus circa finem p. m. 1173. Diſſertationes Jct. Weſtphal. de jure publ. P. 1. Diſſert. de contrib. concl. 22. p. m. 275.

N 127. **ſtehet nicht** in arbitrio, **ſolche Steuren ſeines Gefallens** &c.) conf. ſupra N. 37. ibique not.

Einen vor dem andern zu beſchweren) Principi jus non eſſe in perniciem ſubditorum quempiam oneribus eximere, ut alii ejus onus ſubeant, aſſerit Carolus Tapia. Vid. Klock. d. tr. c. 16. ſect. 1. n. 24. Suum quisque tenetur portare onus, non alterius, ſicut alter alterius odio non debet prægravari. Neque ratio admittit, ut, ſi unus adſit debitor, ab alio pro eo exigatur. d. l. n. 29. 30. & 31.

Si dominium pecuniæ cuiquam auferret) Anne Princeps ſine cauſa & ex plenitudine poteſtatis bona ſubditis aufferre poteſt? *Negativam* veriorem putant. Vide Hahn. ad Weſ. tit. ff. de LL. n. 7. ad verba: Principe excepto p. m. 127. in fine Everhard. loc. arg. leg. loc. 129. n. 14. Ayrer proc. P. 2. c. 9. obſ. 1. n. 33. Puſendorff. de offic. hom. & civ. L. 2. c. 15. inprimis §. 4. ſeq. Althuſii Polit. c. 37. n. 111. it. 115. ſeqq. omninò Gail. 2. O. 56. ſeqq. Grot. de Jure B. & P. L. 3. c. 19. §. 7. Joh. Pomereſch in Diſp. de jure in aliena c. 5. tot. Friderici Gerdeſii Diſp. ad L. 31. ff. cum L. 4. C. de LL. cap. 4. circa fin. Eckolt. tit. ff. de conſtit. Princ. §. 10. Guilielm. Grot. de princ. juris N. c. 3. §. 10. Hahn. tit. ff. de uſurp. n. 9. circa fin. & tit. de acquir. rer. dom. n. 4. ad verba: Princeps in bonis ſubditorum. Hartung. in Metaph. jurid. metaphyſica quidem, at apta u-

titur

titur distinctione c. 4 §11. in fine. it. c. 3. §. 20. p. 117. c. 7. sub reg. 4. p. 293. Prolixe Vasqv. controv. usu freqv. L. 1. c. 1. n. 7. & controv. illustr. L. 1. c. 5. n. 15. seqq. Ludovicus Rudolphinus de suprema & absoluta potestate Principis c. 6. n. 159. seqq. Pusend. de J. N. & G. L. 8. c. 5. §. 7. Becmanni conspect. doctrinæ Polit. c. 25. Dn. Mev. Prodrom. Jpr. G. Insp. 6. §. 26. p. 376.

N. 129. se collectari passi sunt &c.) Immunis a collectis, decimis aliisve oneribus, si nihilominus solverit, eo ipso videtur suo renuntiasse privilegio c. si de terra ibi: de privilegio tamen indulto c. accedentibus 12. ext. priv. limita hoc ex Klock. d. tr. c. 16. sect. 1. n. 199. seqq.

N. 130. Privilegium enim contrario actu &c.) Immunitas amittitur per actus contrarios, Gail. 2. O. 60. n. 10. Dn. Mev. P. 2. D. 1. P. 8 D. 188. n. 3. & omnino Klock. d. n. 199. in pr. scilicet si sponte, non coacte quis contravenerit suo privilegio, mandato nempe Superioris ad id compulsus, quo casu contraveniens non amittit privilegium d. l. n. 204. ibique allegati Dd. id quod intelligendum eo de casu, quando contraveniens expresse a Magistratu compellitur, secus vero si mandato Superioris per viam juris procedentis compellatur, nec is privilegium suum alleget n. 205. seq. alias limitationes, ubi per actus contrarios non amittitur privilegium vel immunitas vid. d. l. n. 207 seqq. item 209. seqq. 216 in fine & seq.

Et non usu amittitur) Privilegium & aliud jus non utendo, si utendi occasio contigit, eaque intermissa & neglecta, amittitur, Klock. d. tr. c. 3. n. 182. Quod latius deducit Richter. Dec. 86. Dn. Mev. P. 2. D. 1.

N. 132. Qui sponte solvit, sibi præjudicat) Verissimum hoc, adeo, ut ita sponte solvens, amittat suam immunitatem, suumque privilegium. Klock. de contrib. c. 16. sect. 1. n. 199. adde n. 204. & 205. ibique citatos Dd. supra ad N. 130.

N. 133. patitur, se describi in libro debentium &c.) idem probat Klock. d. l. c. 13. sect. 1. n. 51.

nisi in continenti appellaverit) teste Klock. d. l. n. 52. alias intelligitur renuntiasse suo privilegio, & collectis se subjecisse, limita per n. 53.

N. 134. Hanc denique sententiam &c.) Hanc sententiam mente esse tenendam, docent Dd. quos bene multos allegat Klock. d. l. c. 13. sect. 1. n. 52.

N. 135.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0030
DFG

N. 135. Publica nempe utilitas) Hæc suprema lex est: supra ad N. 91. not.

Contra publicam utilitatem) conf. proxime ad N. 136. not.

N. 136. Contra jus publicum cessant) quæ privilegia incipiunt esse publicæ utilitati damnosa revocari possunt. Vide Klock. d. tr. c. 16. sect. 1. n. 98. adde n. 94. & 96. talia enim privilegia non tenent c. 19. n. 528. sed simulatque lædere & gravare incipiunt, velut juri divino, naturali, gentium & civili contraria, ac societati humanæ pernicioſa, damnanda ac exstirpanda sunt d. c. 16. n. 102. adde supra ad N. 112. not.

N. 137. Privilegium generaliter indultum non includit casum &c.) Etiamsi illud privilegium generale pio loco sit concessum. Klock. d. tr. c. 19. n. 531. Nec ulla immunitas includit casum publicæ utilitati contrarium, Klock. d. l. c. 8. n. 23. conf. ad N. 141. not.

N. 138. Publicam utilitatem) Huic prudentiores impense favent. Klock. de contrib. c. 12. n. 141.

N. 139. Publicam utilitatem omnino præferendam esse &c.) Utilitas publica semper prævalet, eique cedunt omnia privata, Klock. d. tr. c. 7. n. 47. it. c. 6. n. 57. ibique Dd. Gail. 2. Obs. 56. n. 3. Vasqv. l. 1. illustr. controv. 5. n. 16. ejus ratio semper ducenda potior, etiam cum aliquo privatorum dispendio, Klock. d. tr. c. 8. n. 16. omnibus quippe rebus præponderat d. l. c. 12. n. 249. Adde Dn. Mev. prodrom. Jpr. G. Insp. 5. §. 22. & 24. in fine.

N. 140. Publica privatæ ne cedant &c.) Sed utilitati publicæ omnia cedere debent privata, Klock. d. l. n. 47. Æneæ Sylvii Piccolominæi liber de ortu & autoritate sacri Imperii Romani cap. 19.

Favore publicæ utilitatis benè est nocere privatæ &c.) Maxima est habenda ratio publicæ utilitatis, etiam cum aliquo privatorum dispendio, Klock. d. l. c. 8. n. 16. usque eò, ut in casu necessitatis, & publici favoris intuitu præjudicari tertio possit c. 12. n. 144. resque auferri a Domino, inque publicam utilitatem converti, ita tamen, ut eidem æstimatio ex publico refundatur, hoc enim æquitati, rationi & justitiæ maximè consentaneum est, vide d. c. 12. n. 144. seq. Gail. 2. O. 56. n. 8. item O. 22. n. 4. & 5. Klock. d. l. c. 12. n. 145. Struvii Disp. de ædificiorum privatorum juribus th. 67. Bechmann ad Pand. Vol. 1. part. 2. ex. 2. n. 74. Propter publicam utilitatem res sive bona vel maxime invitis auferri posse, probat prolixius Klock. d. tr. c. 8. n. 16. seqq. & Gail. 2. Obs. 56. tot.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0031
DFG

Domum ſubditi demoliri &c.) Eadem reperies apud Gail. 2. Obſ. 56. n. 2. & Klock. d. l. c. 12. n. 145. in fine Struv. d. l. Æneæ Sylvii Piccolominæi liber de ortu & autoritate ſacri imperii Rom. cap. 18.

Tenetur ad refectionem putei &c.) Idem ipſum aſſerit Gail. 2. Obſ. 56. n. 6. Dn. Mev. ad J. Lub. Lib. 1. T. 2. a. 2. n. 29. item P. 4. Dec. 130.

Sic quando via publica vel inundatione &c.) Idem approbat Klock, d. c. 12. n. 144. addit autem n. 145. quod eidem æſtimatio ex publico debeat refundi, quocum conſentinut ibidem allegati Dd.

Remittere poteſt damna ſubditis tempore belli illata) Hac de re vide omnino Gail. 2. Obſ. 57. tot. & de pace publ. Lib. 2. c. 19. n. 25. Mynſing. 4. obſ. 9.

Ob publicam utilitatem ſubdito cuivis privilegium eripere poſſe) Neceſſitatis & utilitatis publicæ tantus eſt favor, ut nulla legum ſanctio, nullum privilegium ei præponderet. Klock. d. tr. c. 12. n. 249. conf. ſupra N. 91.

N. 141. Multa utilitatis publicæ cauſa permittuntur, quæ alioquin vetita ſunt) Tantus utilitatis publicæ eſt favor, ut ejus cauſa a legum præſcripto, ipſo jure permittente ſit deflectendum, Klock. d. tr. c. 12. n. 141. Quippe bonum publicum fundatur in æquitate & æquitatem continet, ita, ut nulla legum ſanctio, nullum privilegium ipſi præponderet; ſed ea, quæ legibus prohibentur cenſeantur conceſſa propter publicam utilitatem, quia majus bonum præponendum minori n. 142. & 249. ſeq. Inde quæ publice utilia ſunt, non includuntur in his, quæ lege prohibentur. Reinck. de Reg. Sec. & Eccl. L. 1. claſſ. 4. c. 18. n. 8. ſed propter utilitatis publicæ favorem ex ea contra leges & juris regulas multa inducuntur, Klock. d. tr. c. 8. n. 22. Utilitas hominum vel civium communis eſt cauſa, cur aliquando a jure meritò recedatur, ob illam ſæpe fit ex lege alias injuſtum: quid? quod ſi utilia & pro rep. ſunt mendacia, ſimulationes, & alia naturaliter improba, ſæpe juris ſpeciem aſſumunt. Dn. Mev. prodrom. Jpr. G. Inſp. 7. §. 19. Multa pro utilitate communi jure civ. contra rationem diſputandi ſunt recepta, per L. a Dn. Mev. allegatam 51. §. 3. ff. ad L. Aquil. Adde Klock. d. tr. c. 12. tn. 146. Hinc non raro in jure civ. legitur: etſi jure aliter cautum, tamen utilitatis cauſa ſecus receptum Dn. Mev. d. §. 19.

N. 142. ideo ipſe contribuere debet) licet immunis ſit, cum nulla immunitas includat caſum publicæ utilitati contrarium, Klock. d. tr. c. 8. n. 23. conf. tamen ſupra n. 91.

N. 143.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0032
DFG

N. 143. **Also können auch die von der Ritterschafft** &c.) Nec clerici omnino sunt immunes poscente ita utilitate publica. Vide Klock. d. tr. c. 12. n. 148. seqq. adde supra N. 113. Sin autem magis privilegiati non sunt immunes, multo minus sunt immunes minus privilegiati, quod argumentum tanquam a majori ad minus negative ductum, procedit firmiter supra N. 28. not.

N. 147. **Nicht als schlechte Lehn-Leute/ sondern zugleich als Unterthanen** &c.) **Ob die Lehnschafft** subjectionem operire vide supra N. 54. & 55. not. Ceterum diverso Nobiles respectu considerantur, scilicet quatenus sunt Vasalli, & quatenus subditi. Jam vero quia diversa operantur diversa, diversorumque sive separatorum diversa & separata est ratio, natura & indoles, Reincking. de Reg. S. & Eccl. L. 1. class. 5. c. 1. n. 20. diverso etiam jure Nobiles pro diverso sui respectu uti, & consequenter diversa sustinere onera possunt, scilicet quatenus sunt Vasalli, feudalia servitia, & quatenus sunt subditi, alia onera.

N. 148. Una res diverso respectu & jure censeatur) Juri non est incongruum, unum hominem duorum vicem sustinere l. 9. ff. de pact. Sic idem ipse Consul vel Præses emancipandus vel in adoptionem dandus, potest apud se ipsum emancipari, vel in adoptionem dari l. 3. ff. de adopt. nempe diverso respectu. Nihil impedit, quo minus duplex sanctio in una eademque persona concurrere, & duplex respectus ab ea repræsentari possit. Potest quis plures dignitates, pluraque officia, itáque plurium vicem sustinere; vide Georgii Engelbrechts Disp. de conjunctione officiorum **von Mannigfaltigung der Dienste** tot. imprimis th. 19. ac pro ejus diversitatis respectu diverso gaudere jure, diversaque præcedentia. Hornius de jure proedriæ seu præcedentiæ Dec. 2. qu. 5. Ecquid obstat, quo minus Nobiles diverso possint respectu atque jure considerari, tum ut Vasalli, tum ut patrimoniorum possessores? Quatenus eos metimur jure Vasalli, præstare debent servitia feudalia sive equestria, **müssen die Lehn-Pferde halten**: quod munus & onus promiserunt domino accipientes prædium feudale, Dn. Mev. infra N. 153. Quatenus vero eos consideramus tanquam patrimoniorum & prædiorum hereditariorum quodammodo possessores, horum ratione obligati sunt, propter commoda & perceptionem fructuum, ad collectas aliaque onera n. 150. & seq. Fructuum enim perceptionem sequuntur ea, & commodorum ac fructuum causa prædia oneribus subjecta sunt, Dn. Mev. P. 5. D. 363. n. 3. in add. Carpz. P. 3. C. 16. D. 12. n. 2. L. 2. C.

de annonis & trib. lib. 10. Sic etiam miles ratione suæ personæ, ut & Imperator & Pontifex ab oneribus est immunis, ratione patrimoniorum autem oneribus obnoxius: ob diversum itaque respectum idem est immunis, & non immunis. **Rövenstruncks Rechtliches Bedencken von Anlage** n. 100. Sic etiam Nobiles, non simpliciter quatenus sunt Vasalli (conf. supra N. 55.) sed quatenus prædia possident, fructusque inde percipiunt, ad tributa videntur obligati, si non ratione personæ, at saltem rerum, quæ possidentur. Res enim oneri addicta est, (a quo nemo possidens nec Nobilis, nec alius privilegiatus excusatur supra N. 20. seqq.) non persona l. 2. C. de prædiis & omn. reb. lib. 11. Tute ipse judica, an diversus ille respectus in eo etiam videatur fundatus, quod feuda Pom, sint mixta, non pactionata mixta, de quibus Finckelth. in feudal. controv. Disp. 2. th. 20. sed hereditaria mixta, quia fuerunt possessorum propria & hereditaria prædia, nec aliter æstimanda sunt ex jure communi feudali, quam quatenus à qualitate hæreditaria liquido declinant: sunt verba Dn. Stryckii in exerc. de feudis Pomer. c. 1. §. 3. n. 4. Hujus generis feuda Pom. esse, quasi pro aris & focis Nobiles propugnant. Quia itaque feuda duplicem habent naturam, scilicet hereditariam & feudalem, Dn. Stryck. in Disp. de testamentis Vasallorum c. 3. §. 10. p. 59. in pr. duplicia etiam videntur sustinere accidentia, duplicem qualitatem, duplicia onera sive duplices præstationes, scilicet personales respectu feudi, & reales respectu rerum seu prædiorum quodammodo hereditariorum, idque eo magis, **weil die Lehne im Lande Pommern nicht rechte Stamm-Lehn/ oder** feuda ex pacto & providentia **sind/ sondern vielmehr erbliche/ oder** feuda hereditaria vid. conf. ult. Dn. Brunnem. n. 58. Dn. Stryck. d. §. 10. p. 58. in fine. Quare uti in iis natura hereditaria præponderat, ita & hereditatis qualitatem vel proprietatem multo magis sustinere possunt: hereditaria autem prædia oneri sunt obnoxia supra N. 151. Prætereo, quod causa naturalis potius, quam accidentalis sit inspicienda supra N. 21. & natura cujusque rei potius, quam superveniens accidens spectanda. Jam autem feudorum Pom. natura potius hereditaria est, uti supra dictum, quæ spectata oneribus est obnoxia. Porrò feuda Pom. non aliter æstimanda ex jure communi feudali, quam quatenus a qualitate hereditaria liquido declinant, juxta Dn. Stryck. de feud. Pom. supra dict. n. 4. Jam vero liquido non ita facile constabit, ea ab hereditaria qualitate in puncto onerum declinare, neque probari potest, ratione exemtionis specialia esse

data

data privilegia ſupra N. 36. in fine. Ceterum in feudis Pom. utpote mixtis feudum ab allodio ſeparare non eſt licitum, Dn. Stryck. Exam. Jur. Feud. c. 4. qu. 50. Ergone non facile feudi propria qualitas & præſtatio feudalis, ab allodii propria qualitate & præſtatione allodiali i. e. tributorum ſeparari debet? Propria enim accidentia ſuum comitantur ſubjectum. Patrimoniorum onera etiam milites, quibus Vaſalli reſpectu ſervitiorum equeſtrium æquiparari ſolent, quin Pontifices, ſuſtinere debent, Klock. de contrib. c. 14. n 114. Siccine diverſo quoque habito reſpectu, miles immunis, idemque oneribus obnoxius eſt? Adde ſupra N. 33. 35. & 86. Denique nec ineptus videtur, conſideraturus Nobiles, non ut ſimpliciter vaſallos, ſed etiam ut ſubditos vid. Dn Mev. N. 147. ibique not. præcipue cum hodie Vaſalli in territorio domicilium habentes ſubditi ſint, quamvis alias jus vaſallagii ſubjectionem non operetur, ſupra ad N. 55. not. ideoque etiam Nobiles, pro diverſo illo reſpectu, diverſo poſſunt uti jure, diverſaque ſuſtinere onera, nimirum & perſonalia & realia ſive patrimonialia. At enim argumentum a ſubjectione petitum, immunitatem Nobilium impugnaturum, impugnat J. F. von Köppern ind. Disquiſit. §. 18.

N. 149. ex mera liberalitate &c.) Occaſionaliter quæro: anne Princeps privilegium ex mera liberalitate conceſſum, absque cauſa & pro lubitu poſſit revocare? In utramque diſputatur partem, Vide Klock. de contrib. c. 16. ſect. 1. n. 130. 131. & multis ſeqq. it. n. 145. ſeqq. Lauterb. compend. p. 11. in pr.

Vaſallus ad ſervitiorum præſtationem &c.) Vaſalli ratione feudi & ex forma fidelitatis domino ad militarem ſequelam obligati ſunt, Klock. d. tr. c. 3. n. 291. adde ſupra N. 9. & 62. ibique not. & Johannem Pomereſchium in Diſſert. de Vaſallo Domino devincto cultu, fide, ſeruitio Diſpect. 8. §. 1. 3.

N. 150. Prædium iſtud affectum obligatione ſolvendi &c.) Scrupulus hic occurrit, per diſcurſum olim injectus, qualiscunque autem ſit, in medio relinquam. Prædia Pom. nunc feudalia, antequam in feudum ſunt oblata, hæreditaria & propria fuiſſe Nobilium, conſtat. Dn. Stryck. in exerc. de feudis Pom. c. 1. §. 2. n. 1. Unde forſitan tum temporis etiam illa oneribus fuerunt affecta, ſi non actu, at habitu ſaltem. Quodſi autem bona, antequam ad privilegiatos & exemtos pervenerunt, hoc onere fuere affecta, ſemper ad quemcunque poſſeſſorem tranſire videntur cum ſuo onere, Reincking. de Reg. Sec. & E. L. cl. 5. c. 14. n. 154. ideoque

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0035
DFG

ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimoniis indicta sunt, nulla privilegia præstant vocationem, neque jus personæ (sic nec jus vasalli) statim mutat conditionem rei (sic nec conditionem prædii, nec obligationem solvendi munera patrimonialia, qua prædia sunt affecta) Reinck. d. l. n. 155. seq. Nemo potest plus juris in alium transferre, quam ipse habet. Siccine nec Nobiles potuerunt prædia sua in feudum ita offerre, ut essent immunia ab oneribus patrimonialibus, quibus naturaliter erant affecta? Dubitant etiam adhuc, an Dominus prædiis Nobilium possit eam tribuere immunitatem, tribuendoque alios prægravare subditos: supra ad N. 127. not. Nullibi aperte traditur, ea prædia in feudum oblata, offerendo immunitatem ab oneribus patrimonialibus consecuta fuisse, & sic eandem ac ceterorum allodialium qualitatem fuisse mutatam. Quantulum sub h. N. 150. notata habeant momenti, atque utrum antiquitus, prædia ut nunc catastrata & incorporata, itaque ejusdem ac hodie conditionis fuerint, aliis relinquo judicandum hic non prolixior futurus.

N. 152.) illos duplici onere gravari) vide supra ad *N.* 57. not. Klock. de contrib. c. 14. sect. 1. n. 67. & 68. Neque est, inquit, qnod objiciant Nobiles Vasalli, se hac ratione *Duplici onere* gravari, si, dum ad servitia tenentur, simul quoque ad pecuniarias contributiones urgeantur, Recte enim id fieri negat Heig. qu. 18. n 36. cum interim, dum pro necessitatibus urgentibus plebs contribuit, Nobilitas nihil præstet, sed quiescat: imo ipsamet plebs belli tempore in aciem progredi nihilominus cogatur. Non autem novum est, aliquem ex diversis causis & obligationibus ad duplices præstationes obligari per allegata ab Heigio d. n. 36.

N. 154. propter urgentem necessitatem) supra n. 84. seqq.

Ob publicam utilitatem) n. 135. seqq. it. n. 91.

Aliosque casus exceptos) supra N. 88. & 140. ibique not.

N. 155. in necessitatibus leges serventur) supra N. 95. seqq.

N. 157. Nobiles ratione personæ) supra N. 79. 36. & 38. ibique not.

N. 158. quod in contractum transivit) Quænam vero privilegia dicuntur in contractum transire? In quibus factum, datum, vel obligatio aliqua reciproca sive compensativa intervenit, uti Dd. bene multi docent, quos allegat Klock. de contrib. c. 16. sect. 1. n. 148. Talia autem privilegia ob causam et modum contractus concessa sunt irrevocabilia d. l. n. 147. seqq. multis

N. 159.

N. 159. cum ex toto possit privilegium revocari) scilicet quod simpliciter ex privilegio, uti in pr. n. 159. sive quod omnino gratis atque ex mera liberalitate concessum. Tale an Princeps ejusque successor prolubitu semper revocare possit, concertant Dd. vide Klock. d. tr. n. 130. seqq. multis.

Secus vero, qui eam ex conventione adeptus &c.) Vide hic supra ad N. 158. not. Princeps enim conventionem & contractum servare debet. Hahn ad West. tit. de I. L. ad verba: Principe excepto p. m. 128. in pr. Ayrer in proc. P. 2. c. 9. O. 1. in contractibus enim utitur jure privatorum Dn. Stryck. in Disp. de obligatione Principis ex facto ministri c. 1. n. 34. & seqq. idem ipse in Disp. de impugnatione facti proprii c. 1. n. 88. adde Reinck. de Reg. Sec. & E. L. 1. cl. 1. c. 5. n. 59. & 60. Vide Klock. de contrib. 16. sect. 1. n. 152 seqq. prolixe. Nec mirum, quia Deus, qui est Rex Regum & Dominus Dominantium obligatur ex pacto, secundum Bald. in L. 1. ff. de pact. Everhardi consil. 31. n. 4.

N. 160. siebenden Einwurff) supra N. 67.

Ratione undecima) N. 115. seqq.

N. 161. In casibus necessitatis & publ. utilitatis &c.) supra N. 97. ibique not.

N. 162. De consuetudine loci) Non abs re huc & ad N. 164. ubi de præscriptione agitur, refero verba Dn. Friderici Gerdesii e Disp. inaug. de collectis & contributionibus imperii & provinciarum th. 35. in fine, acquiesco, inquientis, jure meritoque in superiori negativa sententia (nempe quod Nobiles regulariter dicto casu ab oneribus neutiquam sint immunes) quam in tantum Dd. & Publicistæ hactenus assensu exceperunt, ut ne quidem *consuetudine* aut *præscriptione* Nobiles in hac causa se tueri posse, affirment, quo minus pro feudali etiam prædio ad munera patrimonialia obstringantur, publica exigente necessitate, sive belli sive redemtionis personæ Principis, vel etiam status ejusdem conservationis. Ubi hanc in rem 4 allegat Dd. & inter eos Balb. de præscript. Part. 2. principal. 9. n. 7. idem ipsum probat Klock. de contrib. c. 14. sect. 1. n. 52. ibique allegati adde n. 59. seq. ubi multi citati Dd.

N. 164. Was die allegirte Præscription betrifft) vide quæ not. proxime ad N. 162. & supra ad N. 46. & 48.

Ob evidentem aliquam necessitatem immunitates etiam præscriptione acquisitæ cessant) supra ad N. 162. not. Neque præscriptiones utilitati publicæ

publicæ adverſantes procedunt. Klock. de contrib. c. 16. ſect. 2. n. 96. nec permittendæ ſunt. d. l.

N. 167. in fine equi Æſopici) vide ſupra N. 106. ibique not. Adde hic Heig. P. I. quæſt. jur. 18. n. 32. ſeqq. ex quo bene multa affert Klock. de contrib. c. 17. n. 96. quæ demum claudit fabula equi Æſopici J. F. von Köppern in d. Diſquiſ. Acad. de immunitate nobilium aſſerit §. 63. n. 2. tempeſtivam eſſe hujus fabulæ narrationem, poſita neceſſitatis extremitate; hanc vero averruncet infinite maximus, maximeque infinitus, donec aderit mundi

FINIS.


Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0038
DFG

LBMV Schwerin
002 553 813
33

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1765304512/phys_0041

DFG



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1765304512/phys_0042

DFG

MANTISSA
No. I.

Verzeichniß derer Schloßgesessenen die im Jahr 1663 bey damahliger Confirmation der Landes-Privilegien dafür agnoscirt worden.

ex archivo Provinciali.

Im Anklamischen District.

Alle Schwerine, zu Spantekow und Putzar.
" " " " zu Landeskrone.
" " " " zu Altingshagen.
" " " " zu Lövitz.
" " " " zu Ducherow.
Alle Lindstetten, zum Hagen.
Alle Gutermänner, zu Müggenburg.
Alle Podewilse, zum Vorwerk vor Demmin.
Alle Blücher, zu Daberkow.
Jürg. v. Platen, zu Gemkow.
Thomas Heidebrecke, von Treptow.
Hinrich, von der Osten.
Christof Neukirchen, von Lindenberg und Kentzelin.
Christof Trampe, von Kösecke.
Alexander Krakevitz, von Philipshoff.
Hans Jürgen von der Gröben, von Tietzleben.
Alle Moltzahne, zu Kummerow.
Christof Lütke Moltzahn, zu Sarow.
Zu Osten und Nomselow,

Im Bartischen District.

Philip Horn, Cantzler, zu Divitz.
Otto Thun, zu Schlemmin.
Christof Heinrich von Schwerin, zu Puelenitz.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1765304512/phys_0043
DFG